



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Cur hæc voluntas dicatur antecendens. c. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

bona sunt, primarie vult grataque habet Deus, &c. Vbi Damascenus antecedentem, & primariam Dei voluntatem, qua vult omnes homines saluos fieri, & gloriam consequi, beneplacitum appellat, Deinde inquit, bona, quae in nostra sunt potestate, nempe tranquillam, & rectam vitam, Deo primarie volita, & grata esse, atqui grata esse non possunt, nisi ei placeant; eorum igitur voluntas non est tantum signi, sed etiam beneplaciti. Quare ex sententia Damasceni non tantum circa gloriam, quae non est in nostra potestate, tanquam opus nostrum, licet Dei voluntate pendeat ex meritis nostris; sed etiam circa ea, quae sunt in nostra potestate, ut circa bona opera, & rectam vitam, Deus habet voluntatem beneplaciti: nam primariam Dei intentionem, quam beneplacitum appellat, circa vitia; esse dixit, & circa ea, quae non sunt in nostra potestate, & circa ea, quae in nostro arbitrio posita sunt.

Sed præclare Chrysostomus, in epistola ad Ephesios, ubi primariam, & secundariam voluntatem id Deo eodem modo, atque Damascenus antecedentem, & consequentem, aut consequentem distinguit, hanc, de qua nunc differimus, esse voluntatem beneplaciti expressit his verbis: Secundum propositum voluntatis suae, inquit, perinde est, quia vehementer vellet fieri: hoc ipsius erat desiderium, quasi si quis dicat, hac ipsius erat voluntas; & deinde, enim ubique est præcipua Dei voluntas, est enim, & alia eius voluntas, ut est primaria illa, secundum hanc non vult perire peccatores. Est & secundaria secundum quam eos, qui in secleribus persistunt conuincit, vult perire, neque enim istos necessitas peccati supplicio, sed voluntas Tale aliquid videre licet apud Paulum, videlicet, ut cum dixit volo omnes homines esse sicut me ipsum, rursum, volo iniunioris nubere, filios procreare, & deinde, itaque primariam illam voluntatem indicat, & ingentem ipsius, atque propensam erga nos cum flagranti desiderio coniunctam benignitatem. Neque enim desugiam dictione hac uti, & communicare licet, idque explicande rei causa, & in eorum gratiam, qui simplices sunt, quod ipsi dicimus, & secundum animi nostri voluntatem, affectionem, hoc est, quod mirum in modum cupit, vehementer desiderat, nostram ipsorum salutem. Hæc Chrysostomus qui cum primariam voluntatem duplici Græca voce expresserit, & deinde, quæ significat bonam voluntatem, seu beneplacitum, & πρῶτος, quæ inter alia conuentionem denotat, manifeste docuit, voluntatem illam primariam vere in Deo esse, cum sit beneplacitum illius, & vehementem esse, cum sit veluti contentio quædam: ideoque dixit hanc & deinde significare ingentem Dei benignitatem cum flagranti desiderio coniunctam. Quis enim non videat in voluntate solum signi, quæ in Deo vere non est, hæc omnia minime quadrare posse.

Verum ratione hæc nostra sententia confirmatur, & declaratur magis: nam si consideretur salus, & æterna gloria hominum secundum se, & obseruatio præceptorum, atque iusta vita, non potest Deo non placere. Primum enim displicere illa non potest: deinde circa illam non potest voluntas Dei negative se habere, & omnem actum quasi suspendere; quæ duo disp. 79. satis demonstrata sunt: ergo circa hominum salutem, & iustam vitam non est in Deo sola voluntas signi, sed etiam beneplaciti: & ut seq. cap. dicemus, hæc voluntas desiderium recte vocari potest, sicut eam Chrysostomus appellauit, neque solum obiecta hæc considerata sub esse possibili Deo placere, sed etiam sub esse

Vsq. in l. p. Tom. I.

futuro. Non enim solum Deo placere, posse hominem seruare legem, aut posse glorificari, sed illam de facto seruare, & glorificari hominem acceptum est Deo, non quia quilibet homo de facto eam seruaturus sit, aut sit glorificandus; sed quia hoc quod est, seruare legem, & glorificari hominem, consideratum ac si ita futurum esset, non potest non Deo placere. Quare qui dicunt circa hæc tantum esse voluntatem signi, dicere debent, ea non esse Deo grata, & accepta, quod est absurdum. Verum hæc omnia cap. 4. magis perspicua sient.

Ex dictis licet colligere, non solum frustra Augustinum locis supra citatis noluisse concedere hanc voluntatem Dei circa omnium salutem, sed etiam locum illum Pauli nullo ex illis tribus modis recte exposuisse: id quod hac vnica ratione ex ipso textu deducitur. Apostolus enim ait ita acceptum esse coram Deo omnes tranquillam, & rectam vitam agere, sicut omnes saluari: sed ostensum est supra, Deum velle voluntate beneplaciti, singulos homines recte viuere: ergo etiam saluari. Hac ratione tres illæ interpretationes Aug. rejiciuntur. Tertia vero interpretatio nempe, vult saluos fieri, id est, facit ut velint, peculiari alia ratione impugnari potest: quoniam Deus non facit, ut singuli velint saluari, & rectam vitam agere, ut comperitur: ergo recurrendum est ad aliquam ex duabus præcedentibus, videlicet, ipse facit, ut velint saluari, quicumque saluantur, vel facit, ut de singulis hominum statibus aliqui velint saluari, ac proinde tertia illa expositio per se constare nequit.

Est igitur vera interpretatio illius loci, quam retulimus ex Damasceno. Chrysostomus, & sequuntur Scholastici superius commemorati: nempe, Deum velle singulorum hominum salutem, & iustam vitam, id quod non intelligit Paulus, ut aliqui ex Theologis allegatis dixerunt, de voluntate signi, quia scilicet omnibus saltem præbet media sufficientia ad salutem: sed, ut ait Chrysostomus, Damascenus, & alij, quos pro secunda sententia citauimus, de voluntate beneplaciti. Qualis vero naturæ sit ea voluntas, & quomodo non semper impleatur, sequentibus duobus capitibus declarabitur. Et tandem duo illa argumenta, quibus aduersarij probant, non esse in Deo voluntatem beneplaciti circa omnium salutem in s. cap. diluentur.

CAPVT III.

Cuius voluntas dicatur antecedens.

Peruulgata Theologis est diuisio illa voluntatis antecedentis, & consequentis, de prompta quidem ex Damasceno, & Chrysostomo. locis citatis præcedenti cap. eaque vtilissima est, si recte intelligatur, ut à Patribus tradita est. Scholastici enim permulti in alium sensum vsurpasse videntur. Eorum igitur prius commemoratis acceptionibus, demum iuxta mentem Damasceni, eam exactè enodare operæ pretium erit. In primis Scholastici allegati cap. i. qui dixerunt, voluntatem quam Deus habet circa omnium salutem, esse solum voluntatem signi, non beneplaciti, sic distinguunt antecedentem, & consequentem, ut nec sit beneplaciti, illa vero signi, sed præterquam quod fallum est eorum fundamentum, ut præcedenti capite probatum manet, & contra mentem Damasceni, & Chrysostomi, ex quibus celebris illa diuisio desumpta est; hæc sententia non recte explicat, quare dicatur antecedens voluntas, quare vero consequens, relate namque

12.

Prima ratio

Secunda ratio

13.

Tertia loci interpretatio.

Chrysostomus, Damascenus.

14.

Voluntatis antecedentis, & consequentis explicatio prima.

Resutatur primo.

Damascenus, Chrysostomus.

Secundo.

dicuntur; antecedens quidem respectu alicuius, quod posterius est; consequens vero respectu prioris: adde quod aliqua, imo multiplex voluntas, quæ est beneplaciti, dicitur etiam antecedens, ut infra patebit: ergo illa diuisionis explicatio explosenda est.

Tertio.

Secunda
alteram ex-
plicatio.Non prola-
tur.

25.

Tertia expli-
catio S. Th. ex
mente Da-
mascen.

26.

Damascen.

Quid expli-
cat. Chryso.Planus ex-
plicat Da-
mascen.

Secunda Theologis recentioribus probatissi-
ma expositio est, ut antecedens voluntas sit idem
quod inefficax voluntas, quæ communiter dicitur
conditionata, seu velleitas, consequens vero sit ef-
ficax, & absoluta. Verum hæc expositio absq; vilo
fundamento communiter probatur ex eo solum,
quod aliqua voluntas antecedens, qualis est salu-
tis hominum, & rectæ ipsorum vitæ sit inefficax,
ut infra dicemus. Nam iuxta mentem damasceni
qui prius hanc diuisionem ex Chrysost. accepit, &
nobis explicauit, aliqua etiam voluntas antecedens
est efficax, & omnino absoluta, qualis est voluntas
præueniendi hominem gratia vocationis. Porro
tamen si voluntas, quæ ex se vult deus omnium ho-
minum salutem, sit inefficax; tamen non est omni-
nino sub conditione, sed est voluntas vere absolu-
ta: licet non nihil conditionis includat, ut sequenti
cap. explicabitur, quare non solum velleitas, sed
voluntas nuncupanda est.

Tertio modo explicat hanc diuisionem S. Tho.
in hoc art. qui & exemplo, quo vitur, & doctrina
ipsa mentem damasceni apprimè intellexisse videtur.
Inquit igitur in solutione primi argumenti eam
esse voluntatem antecedentem, quæ circa rem
aliquam absolute, & secundum se consideratam
versatur; consequentem vero, quæ est circa rem
cum aliqua circumstantia. Affert exemplum iudi-
cis, qui dum considerat hominem, qui alium occi-
dit, aut quidpiam furatus est, secundum se, non vult
ipsum punire, imo & pena illius, ut malum illius
est, summo opere sibi displicet, præsertim si filius,
aut amicus sit, tamen prout considerat delictum
eius, vult ipsum punire, & pena illius sibi placet,
illa igitur voluntas, quæ displicet pena hominis
ex se considerati, est antecedens: quæ vero placet
propter delictum, est consequens. Dicitur vero
antecedens, quia est circa statum rei secundum se
consideratæ, qui prior est; dicitur autem conse-
quens, quia versatur circa rem cum circumstantia,
quæ hoc pacto aliquid posterius est. Iuxta hanc
doctrinam dicitur voluntas antecedens, quæ dis-
plicet mercatori proijcere merces in mare; conse-
quens vero quæ placet eas proijcere propter vitæ
periculum: & quamquam Damascen. cap. 29. secun-
di lib. solum vocat antecedentem, & consequen-
tem voluntatem Dei respectu nostræ voluntatis,
in lib. tamen contra Manichæos diserte habet do-
ctrinam S. Thom. iam ergo quid Patres de hac re
sentiant aperiamus.

Chrysost. equidem, qui primus auctor extitit
huius diuisionis, & exemplo eam nobis exposuit,
non explicauit cur antecedens, quare vero con-
sequens dicatur: solum ait esse quandam prima-
riam voluntatem, secundum quam Deus non vult
perire quemquam; & secundariam, quæ vult perire
eos, qui in peccatis contaminati persistunt. At vero
Damasce. qui ex Chrysost. diuisionem accepit, &
eodem exemplo illustrauit, vnico verbo expressit
causam, ob quam voluntas antecedens, & conse-
quens appelletur: & cum hæc comparate dicantur,
respectu cuius sit antecedens & consequens, & de
explicat. est igitur (inquit Damascen.) antecedens, &

primaria voluntas ex ipso Deo manans: hoc est, ita ex
solo Deo existens, ut nullam ex nostris bonis, aut
malis operibus occasionem capret. Consequens
vero, & secundaria voluntas (quam ipse etiam
permissionem vocat) est, quæ a nostro vitio or-
tum habet. Vbi observandum est, non solum con-
sequentem dici posse secundum hanc sententiam,
quæ ex vitio nostro originem aliquam habet, sed
etiam eam, quæ ex bonis operibus nascitur, qualis
est efficax voluntas dandi gloriam, quam noluit
adducere in exemplum Damasc. eo quod ipsa glo-
ria quodammodo volita sit à Deo antecedenti vo-
luntate: ergo ut assignaret exemplum illius, quod
nullo modo antecedenti voluntate volitum à Deo
est, attulit penam, cuius voluntas ex nobis omni-
no occasionem capit.

Rursus docet penam, quam ipse permissionem
vocat, bifariam consequenti voluntate volitam
esse: est enim pena duplex, vna est dispensatoria,
& vim habens erudiendi, ex qua nimirum Deus
nostram salutem dispensat, & nos erudit, ut cau-
tiores simus, qualis est, quæ ad veram peniten-
tiam nos adducit; altera est vltimi supplicij: & v-
tramque inquit esse voluntatis consequentis, hoc
est, occasionem ex nobis capere. Tam enim Deus
ex se non vult penitentiam, quam penam æter-
nam, sed vtramque ex nobis vult, hoc est, suppo-
sita, & præiusta culpa: & ob id penitentia non est
bonum simpliciter, sed in casu, seu occasione, nam
(ut dici solet) similiter & redemptio: hæc nunquam
supponunt culpam, & morbum: ex qua doctrina
infra disputat. 93. probandum erit, permissionem
peccati non esse à Deo volitam ex intentione pen-
itentia, ac proinde ad effectum prædestinationis
non pertinere.

Ceterum idem Damascen. in lib. contra Mani-
chæos aliquantulum ante finem distinguit pri-
mariam, & secundariam voluntatem, & vtramque
sic explicat: *Primaria enim voluntas est id, quod quisquam
ex seipso vult; secundaria autem id, quod earum rerum, quæ
contingunt causa vult.* Vbi has duas voluntates ex
ipsis rebus volitis definit, & ita concludit, in Deo
voluntatem bonitatis, quæ est beneficiendi esse
primariam, quia ex nobis non capit occasionem;
voluntatem vero iustitiæ esse secundariam, quæ ex
nobis ortum habet, & occasione eorum, quæ ac-
cidant, scilicet peccatorum, est, secundum quam
definitionem non solum circa homines, sed etiam
circa res omnes, secundum varios status, ut ait
S. Thom. versari potest antecedens, & consequens
voluntas: hæc tamen voluntates, quæ circa nos ver-
santur, notandæ sunt, sæpius enim in disputatio-
nem venient. Quomodo autem, cum Deus para-
tus ex se sit malis tribuere penam, & bonis æ-
ternam vitam, nihilominus non dicatur velle an-
tecedenti voluntate penam, sicut vult æternam
vitam, dicemus cap. 5.

His addendum est id, quod disputatione 99. et-
iam dicemus, posse videlicet tertium aliud men-
brum voluntatis Dei erga nos distingui, scilicet comitan-
tis, ita ut antecedens sit ea, quæ Deus nullo
la præiusta determinatione voluntatis nostræ, ex se
solum vult aliquid circa nos, & ad hanc pertinet
voluntas simplex glorificandi, quatenus est ex par-
te sua, & voluntas efficax vocandi, & præueniendi
gratia vocationis; comitans vero sit, quæ deest
efficaciter, nobiscum concurrere ad consensum,
quem gratia vocanti præbemus, consequens
vero,

vero qua iam decernit efficaciter ex prauisione nostrorum operum aut supplicium, aut etiam premium. Dixi, comitantem illam, & hanc consequentem esse efficacem; nam si de simplici voluntate sit sermo, antecedenti voluntate, & ex se solo Deus desiderat nobis beatitudinem, & vt nos coope-remur gratia suae, ac proinde, si per nos non staret, concurreret nobiscum, & hac voluntas hoc modo nullam ex nobis occasionem capit. quare Damascen. non solum connumerat interea, quae Deus vult antecedenti voluntate illa, quae non sunt in nostra potestate, sed etiam ea, quae sunt in nostra potestate, vt opera nostra; sicut ex verbis citatis compertum est. Illa vero voluntas, qua efficaciter decernit nos glorificare, aut nobiscum concurrere, ex nobis occasione capit, vtridem explicabitur.

CAPVT IIII.

Quo pacto voluntas, quam Deus de salute hominum antecedentem habet, absolute sit, & nihilominus non semper impleatur.

Inter voluntates antecedentes, primum necessario fatendum est, esse aliquas omnino absolutas, & efficaces, si explanationem Damasceni, & S. Thomae sequamur. Cum enim ex eorum sententia voluntas antecedens respectu nostri sit, quae ex solo Deo, nec villo modo occasione nostrorum operum ortum habet, illa etiam erit antecedens, quae Deus decreuit vocare nos hac, aut alia vocatione, quae omnino absoluta, & efficax est. Sicut enim ex sua sola benignitate vocare voluit; sic etiam nullo impediens in tempore vocat: nec talis voluntas vocandi vnquam effectu caret: quamuis ipsa vocatio non semper voluntatem nostram moueat. Effectus enim voluntatis vocandi est vocare in tempore, id quod nunquam deest, si Deus vocare decreuit. Tum etiam, si vera est sententia aliorum, qui dicunt, Deum ante prauisionem aliorum meritum, efficaciter decreuisse, dare praedestinati gloriam, & ex hac voluntate vocasse, & similiter nulla praecognita determinatione voluntatis humanae, sola sua benignitate definiisse bona ipsius opera; haec vtrique voluntas antecedens dicenda est, quia ex sola voluntate Dei, non ex nobis ortum habet: vtrique etiam prorsus absoluta, & absque vlla conditione, atque efficax erit. Sed vtrum talis in Deo voluntas sit an non, fufius disputabitur disp. 89. & 90.

Nunc igitur controuersia est de ea solum voluntate antecedenti, quae Deus vult ex seipso omnium etiam reprobatorum salutem, & vitam tranquillam in pietate, & virtute, quae in omnium sententia efficax non est: cum in multis non impleatur: efficax enim nunquam caret effectu. Hanc vero voluntatem permulti Scholastici, praesertim recentiores arbitrantur esse conditionatam, quam velleitatem quoque appellant: quod ad obiectum non absolute, sed sub conditione consideratum, refertur. Deus enim desiderat omnium salutem, & iustam vitam, si tamen ipsi velint: itaque cum obiectum illud sub conditione consideratum, solum mouet voluntatem, actus qui est in illa, non est absolutus, & perfectus, sed sub conditione etiam, quam conditionata voluntatem seu velleitatem appellant, eo quod verbo optatiui modi, *Vellem*, explicari solet. Sic docere videntur *Sotus in cap. 9. epist. ad Rom. in disputatione de hac re, Cordub. lib. 1. q. 56. in initio, vbi eam vocant conditionatam vo-*

luntatem, seu velleitatem, imo & S. Thom. ita appellat in hoc articulo in solutione 1. quibus addi- pulantur *Ambros. Theophyl. & Oecumen.* in illum locum Pauli 1. ad Timot. 2. *Qui omnes homines vult sal- uos fieri, Prosper in 2. resp. ad obiectiones Vincentianas, Chrysostom. homil. 7. in Ioan. explicans illud, Illuminat omnem hominem, & Theophylas. ibid. cum asserunt, Deum velle omnium salutem sub conditione, si ipsi velint.*

Ceterum, vt vberius ostendamus 1. 2. q. 13. art. 5. nullus potest esse actus voluntatis praesens, qui explicari non possit per verbum indicatiui modi: imo ille, qui explicatur per verbum optatiui, *Vellem*, non est aliquis actus, qui praesens sit, sed qui aliqui esset, si poneretur conditio. Quocirca nullus est actus voluntatis praesens, qui, vt talis est, non feratur in obiectum absolute bonum, si sit complacentiae, aut absolute malum, si sit displicentiae: Hoc facili ratione nunc demonstro. Nam sicut visus non mouetur, nisi in id, quod actu participat rationem coloris, aut lucis, non autem in id, quod participaret, sic etiam nec voluntas in id, quod non participat absolute rationem boni. Et sicut dicimus visus quidem videret, si aliquid coloratum esset, sed quamdiu non est coloratum, non videt, nec aliquem actum habet, sic voluntas, quamdiu non apparet aliquid, quod sit bonum, & vt tale nunc apprehensum, non appetit nec aliquem actum habet, sed haberet. Eodem quoque modo intellectus, nisi nunc appareat aliqua veritas, non potest assensum praebere, sed praerberet, si talis veritas appareret.

Sed obijciens, sicut intellectus fertur in rem sub conditione, & assensum habet circa illam, sic voluntas ferri posset. Respondeo primum, si ferretur voluntas sicut intellectus, de actu vtriusque eodem modo philosophandum esset, hoc est, sicut actus intellectus praesens non explicatur per verbum optatiui, *Intelligerem*, sed indicatiui, *Intelligo*, sic & actus voluntatis explicandus esset, per *Vellem*, non per *Vellem*, nam sicut *Intelligerem* non significat actum nunc existentem, sic nec *Vellem*.

Deinde dico intellectum cum considerat rem sub conditione, ibi etiam actum inuenire suam entitatem, & veritatem, in quam absolute tunc fertur. Primum est veritas in connexionione antecedentis, & consequentis sub conditione, quae est actus obiectum intellectus; praeterea cum considerat possibilia, ac si essent sub conditione futura, apprehendit entitatem illorum, & sibi met repraesentat eam, ac si praesens esset: sic etiam voluntas hoc pacto ferri potest in rem, (quae vt existat, vel futura sit pendet ex conditione) quatenus illa secundum se bona est, & ita placere potest, ac si futura esset re ipsa: atque hac ratione mouere potest voluntatem ad actum simplicis complacentiae, qui per verbum indicatiui modi, *Placet*, recte explicatur: non per verbum optatiui solum, *Placeret*. Hic autem est simplex affectus complacentiae, virtute tamen continens efficacem voluntatem, sed sub conditione, vt mox explicabitur.

Huius igitur rei explicandae gratia notandum est primo, duplicem esse affectum voluntatis: quidam est simplicis solum complacentiae, aut displicentiae, qui ex se inefficax est, veluti cum alicui displicet, proijcere merces in mare, & retinere placet, quas reuera proijcit: & sicut Christus displicebat morti, & placebat conseruare vitam secundum se, cum reuera ipse vellet se offerre morti. Similiter de